

XIV siècle», *Byzantion* 22 (1952), σ. 326, υποσημ. 1-3¹²¹. σσ. 328-329, υποσημ. 3· σ. 329, υποσημ. 1· σ. 331, υποσημ. 1.

84

1315-1479. Διοικητικές και νοταριακές πράξεις. Άρτα, Βενετία, Γλαρέντζα, Ιωάννινα, Κέρκυρα, Κορώνη, Μεθώνη, Νεγροπόντε, Πάτρα, Ρόδος, Χάνδακας [λ, ι, γ].

E. Gerland, *Neue Quellen zur Geschichte des lateinischen Erzbistums Patras*, Leipzig 1903, σσ. 134-138, αρ. 2· σσ. 138-147, αρ. 3.1-3.9¹²². σσ. 149-171, αρ. 4.1-4.5· σσ. 171-173, αρ. 5· σσ. 173-180, αρ. 6.1-6.4· σσ. 185-193, αρ. 6.7-6.9· σσ. 197-216, αρ. 6.12-6.17· σσ. 227-229, αρ. 6.23· σσ. 233-235, αρ. 6.26¹²³.

*O LATINOΣ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΤΗΣ ΠΑΤΡΑΣ ΕΚΜΙΣΘΩΝΕΙ ΤΗΝ ΠΟΛΗ
ΣΤΟΥΣ ΒΕΝΕΤΟΥΣ ΓΙΑ ΠΕΝΤΕ ΧΡΟΝΙΑ*
Βενετία, 1408, 20 Αυγούστου

«Instrumentum afflictionis ciuitatis Patrassii facte per dominum archiepiscopum ducali dominio per quinquen[n]ium.

In Christo nomine amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo quadrigentesimo octauo indicione prima die uero uigesimo mensis Augusti.

Cum reuerendissimus in Christo pater et dominus Stefanus, dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Patracensis, per suos infrascriptos uenerabiles ambaxiatores et procuratores fecerit exponi et declarari serenissimo et excellentissimo domino, domino Michaeli Steno dei gratia inclito duci Venetiarum etc. suoque magnifico consilio pericula et dubia, quibus subiacent terre et loca uenerabilis ecclesie Patracensis suique subditi, redditus et prouentus causa et occasione Turchorum et aliorum, qui non ces[s]ant querere subiugare tiran[n]ice terras et loca predicta; et ultra hoc necessitatem pecunie, quam habet idem dominus archiepiscopus tam pro redimendo quasdam canonicales prebendas dicte ecclesie aliis pigneratas, quam etiam pro expensis ipsius domini archiepiscopi, qui intendit ire et stare in studio per tres annos, concludendo cum instantibus precibus, quod ducalis dominatio Uenetiarum dignetur habere aduertentiam ad hoc et prebere dicto domino

121. Επαναδημοσίευση στο F. Thiriet, *Délibérations des assemblées vénitiennes concernant la Romanie*, τ. I (1160-1363), Paris-La Haye 1966, σσ. 300-302, 305, αρ. 326, 354, 400. Πρβλ. σχετ. λήμμα 180 του παρόντος.

122. Τα έγγραφα των σσ. 141-145, αρ. 2-5, έχουν επαναδημοσιευτεί στο Chrysostomides, *Monumenta Peloponnesiaca*, σσ. 2-8, αρ. 2-7. Πρβλ. σχετ. λήμμα 157 του παρόντος.

123. Για τα ελληνικά έγγραφα βλ. σχετ. Παπαρήγα-Αρτεμιάδη, Αρναούτογλου, Χατζάκης, Περίγραμμα, λήμμα 6α.



archiepiscopo, dicte ecclesie et locis predictis fauorem suum, quia non habendo auxilium suum, omnino sunt itura dicta loca in subiugationem infidelium uel tiran[n]orum. Quibus auditis dicta ducalis dominatio reuerentia dei et fidei cat[h]olice et amore dicti domini archiepiscopi compatiens ecclesie, terris et locis predictis, benigne exaudiuit expositionem et precas predictas, prout inferius declaratur. Et propterea spectabiles et egregii uiri domini Marcus Dandulo, Rossus Marino, Zacharias Barbaro et Marinus Lando honorabiles ciues Uenetiarum, sindici et procuratores prelibati serenissimi et excellentissimi domini, domini Michaelis Steno, dei gratia incliti ducis, et communis Uenetiarum, ut constat instrumento sindicatus rogato et scripto manu mei Iohannis de Bonixio, notarii infrascripti, in presentibus millesimo indizione et mense, die uero decimo nono, pro ipso domino duce et suis successoribus et pro comuni Uenetiarum ex una parte: et uenerabilis et egregious legum doctor dominus Uitus de Bonazu[n]tis de Bononia canonicus dicte ecclesie Patracensis ac religiosus uir frater Franciscus de Esculo ordinis Predicatorum penitentialis et com[m]ensalis dicti domini archiepiscopi, procuratores eiusdem prelibati reuerendissimi in Christo patris et domini, domini Stefani dei et apostolic sedis gratia archiepiscopi Patracensis, ut constat instrumento procuratiis rogato et scripto manu prouidi uiri Rainaldi de Odonibus de Uedano Mediolanensis diocesis quondam domini Guillielmi, imperiali auctoritate notarii, in millesimo et indizione presentibus, die uero quarto mensis Maii, a me notario infrascripto uiso et lecto, pro ipso domino archiepiscopo et successoribus suis ex altera parte, habentes ambe partes plenum et sufficiens mandatum sindicariis et prourationis nominibus, quibus supra, fecerunt, contraxerunt et deuenerunt ac faciunt, contrahunt et deueniunt ad infrascriptas locationem, conuentiones et pacta, uidelicet primo supranominati uenerabiles procuratores reuerendissimi domini archiepiscopi Patracensis predicti eius procuratorio nomine concesserunt, affi[c]tauerunt et locauerunt suprascriptis spectabilis et egregiis uiris dominis sindicis et procuratoribus serenissimi domini ducis et communis Venetiarum eorum sindicario et procuratorio nomine stipulantibus, conducentibus et recipientibus ad ap[p]ensionem et afflictum omnes introitus et redditus, iura, actiones et iurisdi[c]tiones, ciuitates, terras castra et loca archiepiscopatus Patracensis et specialiter donzonom, castrum et civitatem Patraxii, Serauale, Paulocastrum, Castel de Ferro, Sancto Elia, la Torre de la Caminiça, la Tor[r]e del Bosco, lo Castrico, El Catafigo, cum li casali et pertinentie loro.

*Item comerclum totum et gabellam totam, que spectant tam archiepiscopatu*m* quam capitulo siue canonicis, pro quibus ipse dominus archiepiscopus promisit de rato et rati habitione.*

Item ius uillanorum et aliorum, qui tenentur ecclesie Patraxii.

Item ius uini, ius frumenti, ius bladorum, ius olei, ius sete, ius gotonorum et generaliter omnes alios introitus et redditus et prouentus ac actiones, iurisdi[c]tiones et iura dicti archiepiscopatus et ecclesie Patracensis, non intelligendo in predictis redditus et prouentus capituli et canonicorum Patraxii, nisi de comercio et gabella suprascriptis.

*Que quidem affi[c]tatio et locatio sit et esse debeat per quinque annos proximos incohando*s* die late et assignate tenute et possessionis predicte ciuitatis, donzoni et castri Patraxii et aliorum locorum et castrorum ac rerum suprascriptam. ...*

Quapropter predicti sindici et procuratores prelibati incliti domini ducis et communis



Uenetiarum promiserunt solemni stipulatione dictis procuratoribus dicti domini archiepiscopi, quod dictus dominus dux et commune Uenetiarum soluet et dabit seu dari et solui faciet nomine pensionis et afflictus suprascriptarum rerum omni quolibet anno dictorum quinque annorum ducatos mille auri de introitibus et redditibus dicte ciuitatis Patraxii per hunc modum tamen, quod, ut dominus archiepiscopus possit recuperare et redimere aliquas prebendas canonicales pigneratas ac etiam ut habeat, unde sibi possit facere expensas in studio, ad quod intendit ire, dicta ducalis dominatio Uenetiarum teneatur et debeat statim assignatis et datis sibi tenutis et possessionibus suprascriptarum ciuitatis, castrorum et locorum et rerum suprascriptarum dare et numerare uel dari et numerare facere predicto domino archiepiscopo afflictus trium annorum, uidelicet ducatos tria milia et elapsis dictis tribus annis ducatos mille quarto anno et quinto anno allios ducatos mille, ita quod in totum pro tota dicta pensione et afflictu quantitas non excedat ducatos quinque milium pro omnibus dictis quinque annis ...

Actum Venetiis in ducali palatio presentibus egregio et nobile uiro domino Laurentio Uenerio, honorabile ciue Uenetiarum, et prudentibus et circumspectis uiris ser Bernardo de Andalo, ser Nicolao Uido, ser Alejandro de Reguardatis, notariis imperialibus et ducatus Uenetiarum scribis, testibus ad hec uocatis specialiter et rogatis.

(Signum notarii) Ego Iohannes de Bonisio, filius quondam ser Nicolai de Venetiis, publicus imperiali auctoritate notarius et ducatus Venetiarum scriba, predictis omnibus et singulis presens fui ac de mandato prefati domini ducis scripsi et in publicam formam redegi signumque meum apposui consuetum»¹²⁴.

85

1316. Νοταριακό έγγραφο. Χάνδακας [λ].

Μαρία Κωνσταντουδάκη – Κιτρούη λίδου, «Δύο ζωγράφοι της Κρήτης και μία περίπτωση δουλεμπορίου (1316)», *Κλητόριον εις μνήμην Νίκου Οικονομίδη*, Αθήνα-Θεσσαλονίκη 2005, σσ. 250.

86

1316-1374. Αποφάσεις του Μεγάλου Μαγίστρου της Ρόδου. Αβινιόν, Νίσυρος, Ρόδος, Χίος [λ].

J. Delaville Le Roulx, *Les Hospitaliers à Rhodes jusqu'à la mort de Philibert de Naillac, 1310-1421*, Paris 1913, σσ. 361-364, αρ. 1· σσ. 367-368, αρ. 3· σσ. 370-374, αρ. 5-6· σσ. 376-380, αρ. 8-9.

124. σσ. 162-171, αρ. 5.

